Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia Julia Antichiliasmus Absolutissimus

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. XV.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

Visual Library

cium in adventu Chriſti inſtituendum præſupponit jam & infert aliquam mortuorum reſurrectionem quæ collocanda ſit in eodem adventu Chriſti. Hanc autem non eſſe poſſe niſi univerſalem, aſſertione præcedente evictum eſt.

§. XV. Aſſertio octava: Nulla igitur expectari adhuc poterit particularis mortuorũ reſurrectio. Etenim ſi talis daretur extrà illam nniverſalem, *aut* in eâ reſurgerent *quidam ſaltem pii* quod fieri non poſſe ſupra n. VI. eſt oſtenſum, ubi argumento evidenti evictum fuit quod omnis ordinaria (de tali enim ſaltem jam loquor nam licet concluſio de extraordinariâ reſurrectione non minus vera ſit, de illâ tamen ex præmiſſis principiis non poteſt demonſtrari, ſed ex eo quod Scriptura nullius adhuc futuræ extraordinariæ reſurrectionis mentionem faciat) piorum reſurrectio incidere debeat in diem extremum, in eo autem reſuſcitabuntur non quidam ex piis, ſed omnes pie demortui, & quidem uno actu, velut ibidem oſtenſum fuit. *Aut* porro reſurgent *omnes pii* impiis M. adhuc annos in ſepulchro relictis, quod eſt contrà Aſſertionem ſextam, quæ tamen ſufficienter confirmata eſt n. XI. ex apertiſſimo Chriſti dicto Joh. V. 28. *Aut* reſurgent *omnes pii cum quibusdam impiis* id quod eſt contra Theſin ſeptimam, ubi reſurrectionem piorum cum impiis univerſalem eſſe oſtenſum eſt, ex eodem dicto Joh. V. 28. *Aut* deniq; *quidam impii tantùm* quod eodem modo impingit in concluſionem ſeptimam, quæ omnes impios eodem actu cum omnibus piis in adventu Chriſti ſuſcitandos eſſe demonſtrat.

§. XVI. At videor mihi adverſæ parti addictos, neſcio quid, ſubſuſurrantes audire de hypotheſi illa, quam cum Qvakeris communem nonnulli eorum fovent,